Stella polaris occasus nescia; regis pij, felicis, invicti, Caroli XImi sym...

Lillienstedt, Johan,

82 Aa 13/1 77 (var. a)

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

Var a
82 A a 13/1 (77)
[Före 1700 Vers. 16gl C. XI.]

STELLA POLARIS

Occaſus neſcia;

Regis Pij, Felicis, Invicti,

CAROLI XI^{mi}.

SYMBOLICA IMAGO.

DEſine clara tuos extollere Francia Soles,
Neu jacta Lunam Turca ſuperbe tuam.
Dignius Arctôo ſub cardine volvitur Aſtrum,
Quo celebrat Regem Gens Sveo-Gotta ſuum.
Errat Borbonium Sidus ; nec tramite fixo
Ignivomos Phaëthon flectere novit equos.
Errat & immenſi per vaſta volumina cœli
Cynthia, nec ſimileis promicat uſque faces.
Interea Gothici ſibi conſtat Principis Aſtrum,
Et certam pernox it Cynoſura viam.
Eclipſeis patitur nullas ; non mutua debet
Lumina majori , ſplendet at igne ſuo.
Cumque cadant toties, Lodoix, Othomanneque, veſtræ;
OCCASUM NESCIT, *Carole, Stella tua.*

JOHAN LILLIENSTEDT.